Totius Actus Poetico-Rhetorici Epilogus.

[illegible]ranis, Auctores Generoli de Persis siquidem, et gente antiquissima ita bellicosissima
[illegible] nobilitate eo divitijs inter Barbaros omnes eminente, apud eos, omnem qui
[illegible]ngquam ad seram posteritatem transtulerunt, relatum legimus, quod Solem omnes
[illegible]s fontem, densas qui spissasque noctium tenebras lucidissimo suo exortu fugat atque
[illegible]ellit, pro Deo coluerint. Porrò quum ex obducto nigrae matris pallio jamjam emerse-
[illum] orientem haud tristi superciliis sed serena fronte, summaque cum devotione ex-
[cipi]ebant, summis laudibus hunc evehebant, maximumque honorem tribuebant. Quin
[imo e]tiam rosei stellarum coryphaei ortu laetabantur, deque hoc sibi congratulabantur.
[Cum au]tem Sol occiderat valdè contrà et contristabantur. Nempe quum:
Jam labor exiguus Phaebo restaret equisque
Pulsarent pedibus spatium declivis olympi.
[lugubri] amictu induti, nonnisi verba fracta proferebant, quin immò quasi à Tropho[n]io antro pro-
[dir]arant magno ejulatu immodicoque luctu Solem, quippe quem nunquam posthac tunica sua
[...] commune spatiorum credebant, prosequebantur. Idem si fecerimus hodiè aut inutili
[...]rimus, vitio quis nobis dabit? Verè namque Vester Ingressus Nobilissimi ac Amplissimi,
[...]star Viri Reverendi, Clarissimi, Prudentissimi, Doctissimique Patroni, Maecenates, Fautores
[...]imè colendi, verè inquam Vester ingressus in has aedes, quasi quidam solis ortus
[...] Discessus vero nobis jam quasi solis occasus esse videtur, non nisi planctu, nonnisi
[lacr]ymis, nonnisi suspirijs prosequendus. Veruntamen verò quod à Vobis debita cum animi
[obse]rvantia, summoque cum studio submissè rogavimus, id impetratum à Vobis benignè re ipsa
[experti] sumus lassissimus. Non tantum enim nostram tenuitatem vestro favore et silentio suble-
[vast]is, verum etiam vultu vestro amoenissimo haud obscura indicia dedistis, quod ea, quae
[...]ferabantur in medium, Vobis probarentur. Hoc hoc quicquid est, maximum maximae
[ben]evolentiae ac favoris testimonium nobis perhibet. Nos modò et dum minus adhuc exer-
[cit]ati tirones, nequaquam eruditis Vestris auribus respondere potuimus ignorantiae, si quidem
[...]lluccinationis secreta fuerint prodita, nobiliora jamè Scholasticae eruditionis specie-
[mi]na edituri sumus, dummodò has primitias aequi bonique consulatis. Quod reliquum est,
[i]ndè omnes et singuli pollicemur, nos operam daturos, omnemque, quod ajunt, lapidem
[mo]turos esse, ut tanta hujus generis beneficia, si referenda gratia pro facultate exaequare
[...]nuitate haud poterimus, saltem sempiterna memoria recolamus: ea insuper qua
[decet] est animi submissione rogitamus, ut porrò studiorum nostrorum sitis Fautores,
[...]que quibuscunque modis possitis (potestis autem Patres Conscripti plurimis) Gymnasium hoc
[v]estrum pari imposterum amore, pari favore amplectamini, amplexumque juvatis, con-
[ser]vatis, promoveatis. ITE, ITE MISSA EST. ILICET.

Godofredus Kirchoff
Reichenbachio-Lusatus.